

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0116

0114

0120

0110

0125

0105

0165

0065

0215

0015

0615

1115

105

in mari, et naviculae jactabantur magnis fluctibus, ita, quod
nec spes evadendi mortem esset. In his enim augstiis rup-
tum fuit gubernaculum barcae, in qua erant domini mei, et in
maximo erant periculo, et aquae vento agitatae incidebant
undique. In alia vero barca eis collaterali fractus fuit malus,
et velum cum antenna per ventum ejecta fuerat, et isti erant
in majori periculo, et omnino erant desperati, confitebantur
sibi invicem et vota vovebant, sicut moris est periclitantium.
Deo autem eis in tribulacione assistente evaserunt et integro
numero portum Venetianum ingressi sunt, licet madidi, tre-
mentes et miseri. Per aliquot autem dies manserunt Venetiis,
et inde egressi repatriaverunt et circa festum S. Galli in
propriis terris fuerunt. Obierunt multi nobiles et servi, sed
de dominis meis et de servis eorum non remansit nec unus in
via, nisi ego, qui remansi in Jerusalem juxta votum dominorum
meorum, ipsi vero et servi eorum omnes sani et integro numero
in propria venerunt recepti cum ingenti laetitia et gaudio
suorum parentum, uxorum, filiorum et amicorum.

DEO SIT LAUS.

Finit peregrinatio communis Iherosolymitana.

Ende

Anfang

